



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt. V. Expeditio quinta ænigmatis av Eutychem, Verbum carnem factum per vtriusque mixturam & confisionem, asserente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

CAPVT V.

Expeditio quinta enigamatis ab Eutychete, Verbum carnem factum per vtriusque mixturam & confusionem, asserente.

114. **E**nigamatis diuinitus propositi enodatio ad quam aggredimur, aliorum fuit, quos liber gestorum de nomine Acacij affirmat deteriora effari- uisse quam Nestorianos. [Nam fidentissime dicunt rem ineptam, rem etiam stolidis execrandam; ante vnitionem, id est ante Incarnationem, duas dici debere naturas, post verò vniam Dei Verbi tantum incarnatam. Vt si dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut stagnatum, aut quolibet alio genere coloratum.]

Quis Eutyches, & eius error.

Verum hic error diuersimodè traditus reperitur. Appollinaris enim ita factum censuit inuecta conuer- sione Verbi in carnem: id quod etiam dixit aliquan- do Eutyches; quanquam frequentius & vltimo, id pronunciauit inuecta conuerfione carnis in Verbum. Fuit etiam cum diceret, id factum per mixturam car- nis & Verbi, & confusionem vtriusque in tertiam na- turam. Notarunt hanc in Eutychete inconstantiam varij Patres. Ardens enim odio in Nestorij errorem, quo ex capite laudatur à S. Leone episto. 6. & in Syno- do sub Flauiano actio. 4. vt vniam in Christo retine- ret personam, nunc inuexit conuerfionem Verbi in carnem, vt testatur S. Leo episto. 97. c. 1. & prolatis ipsimet Eutychetis verbis Theodoretus l. 4. heret. Fabula. in fine: Nunc asseruit conuerfionem carnis in Verbum, vt sæpe memorat S. Leo, & Gelafius initio libri de duabus naturis, ac Petrus Damiani Opusc. 1. c. 5. nec non Vigilii in opere contra Eutychem, nomi- natim in calce libri primi; denique passim Concilium Chalcedonenfe, vt propterea verius videatur, hic tan- dem conuenisse Eutychetem. Fulgentius tamen l. de Trinit. c. 5. sub distinctione tribuit Eutycheti quod Incarnationem expoluerit, vel per conuerfionem car- nis in Verbum, vt iam diximus; vel per vtriusque na- turæ adunationi præexistentis transitum in tertiam na- turam; quod secundum, diseret de eo habet S. Leo ferm. 8. de Natiu. Dom. c. 5. Exiltimo quoque in Eu- tychetere cadere, quæ in hunc sensum referuntur apud D. Augustinum ferm. 191. de tempo. Verbis illis. [Illo- rum execrator similiter blasphemiam, qui nouo sen- su asserere conantur, à tempore acceptæ carnis omnia quæ erant diuinitatis, in hominem demigrasse; & rur- sum quæ humanitatis erant, in Deum esse transfusa, vt quod nulla vnquam hæretis ausa est dicere, vincat- tur hac confusione vtriusque exinanitam esse substan- tiam, & Deitatis scilicet & humanitatis: & amisso proprio statu in aliud esse mutata: vt qui tam Deum perfectum in Filio, quam hominem profitemur, nec Deum verè nec hominem temerè credamus.] Hæc cur existimem in Eutychetere vibrari, facit quod no- uum errorem abs se exagitari profiteatur autor: quem non esse D. Augustinum, styli diuersitas monstrat. Vnde eliditur quod de D. Augustini morte, decennio an- te exortam Eutychetis hæresim, obijci poterat. Hic est Eutyches Archimandrita, si tamen *Eutyches* reuera dicendus, & non potius *infelix nimis*, vt eam vocem cortexit Quintianus Asculanus, epistola ad Petrum Fallonem. Visum est Corderio ad catenam nouam Græcorum in Lucam, huius, Eutychetis esse fragmen- ta quædam, quæ in ea catena leguntur nomine Euty- chij Patriarchæ; quod enim Eutyches esset Archiman- drita, dictum putat Patriarcham. Non credo. Et accedit nominum diuersitas aliqua. Nec enim idem prorsus sunt,

approbatur, sicut etiam parum nostra refert, an ple- nitudo diuinitatis quam in Christo inhabitasse ait eo loco Apollolus, accipienda sit de inexistencia omnium attributorum absolutorum collata Christi humanitati per Verbum, vt eum locum accipit Anastas. Sinaita c. 17. id est *sub faciem*; an verò referenda sit ad vnionem cum corpore, non Verbi tantum, sed & mediare totius di- uinitatis, vt interpretatus est Dionysius Alexandr. epi- stola contra Paulum Samosatensem, ad interrogatio- nem eius. 7. & S. Leo ferm. 15. de pass. in fine. 115. Inuicem totius huius loci discussionè à S. Cy- rillo adhibita l. 1. pentab. c. 8. inuat apponere, quod de locum ipsum optime illustret, & rubiginem ex ver- bo subabstrahenda, à Samosatens; & alijs Nestorij quæ an- tecessoribus, quæ affectis inuectam, potenter detergat. At enim (inquit Nestorius), scriptum est de Deo Ver- boe habitant in nobis. Dixit etiam beatus Paulus de om- nium Saluatore Christo: *In eo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Facit illud habitasse in nobis, (sic namque scriptum est:) nec non in illo habitasse, ubi dicente nō repugnabo: sed velim apponere, quod legorum voces examinare. Nam beatus Euangelist a, cum prius dixisset, *Verbum caro factum est*; subiunxit opportune, *habitant in nobis*; Vt per vtrumque inte- gram Christi mysterij cognitionem nobis traderet. Nam vnium esse carni secundum Hypostasim illud ex Deo Patre Verbum, indicauit aperte cum dixit, ip- sum esse carnem factum. Iam verò carnem esse factum, non in carnis transisse naturam, neque mutationem in id quod non erat subiisse, sed cum eo quod secun- dum nos factum est, mansisse quod erat id rursus per- spicuum facit, illa verba, *habitant in nobis* prioribus il- lis adiungens. Habitasse autem dicit beatus Paulus in Christo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter, ne quisquam simplicem vel habitudinarium habi- tationem suspiceret, sed veram, vt modo dixi, & secun- dum Hypostasim. Neque enim vir ille spiritu Dei ple- nus, ignorabat incorporeum esse Dei Verbum & im- palpabile. Verum quia necesse erat vt mysterij explica- tio nulla ratione manca videretur, sed adeo accuratè ac distinctè ad rectam regulam veritatis tradere- tur, vt omne miraculum superaret, vim inferet conse- quentæ rectum, & propè dixerim, quod incorpoream illum summamque naturam decet, contemnere adiecit enim Verbum, *Corporaliter*, cum aliter dicere non ha- beret, quam nostra intelligentia, & lingua consequi posset. Ne igitur cum iste simplicem nobis inhabita- tionem commemorat, putes aliquid cum dicere quod non admodum sit damnandum.]

Ad firmamenta erroris posterioris.

Quæ pro altero suo errore, consequenter ad hunc primam hætenus contritum proferebat Nestorius, alia non occurrunt specialia & propria, quam quod cum diximus locum, qui B. Mariam agnoscerent Dei matrem affines esse Gentilium, quibus Cybele erat ma- ter Deorum. Ei dubitationi, à Theologo quodam propositæ, nō alter respondere Ildo. Pelusiora l. 1. epist. 14. quam attingendo propudia turpitudinum Cybe- les, eaque cum nitore plenissimo sanctissimæ Deiparæ componendo. Adhuc verò est, multitudine nu- minum, vt scire dicit S. Athanasius, esse nullitatem nu- minum. Quare quæ mater Deorum appellata est, eo ipso non est Deipara. At B. Maria rectè Deipara appel- latur, quia eum genuit in humanitate, qui verè erat Deus benedictus in secula. Itaque longissimè abest à Cybele Gentilium. Ex quibus omnibus concluditur, enodationem enigamatis diuinitus propositi à Nesto- rio traditam, prorsus falsam & abominandam esse.

sunt, Eutychius & Eutyches. Malim ea fragmenta tribuere Eutychio illi Patriarchæ, cuius nota est cum S. Gregorio altercatio de identitate carnis resurgentis.

11. Eutyches ergo, annis decem post damnatum Nestorium, ut ait Anastasius c. 5. *id est* 172, ex odio Nestorij medium tenere nesciens, in alterum extremum declinavit, & ex unitate personæ Christi, intulit in eo unitatem naturæ: sicut Nestorius, ex multitudine naturarum, intulerat multitudinem personarum. Quæ ex causa S. Fulgentius ad q. 1. Ferrandi ait Eutychetem diversa à Sabellio phrenesi laborasse; eumque ad Nestorium se habuisse affirmat, sicut se habuit ad Arium Sabellius: id quod etiam habet Anastasius c. 8. *id est* 172, agens de Seneca Eutychianista. Faustus Rheg. l. 1. de grat. & lib. arbit. c. 1. eisdem componit cum Pelagio & Manere quoad gratiam & libertatem è diametro pugnantibus. Ennodius orat. 15. generatim pronuntiat, Nestorium & Eutychetem, [gemina diabolica informationis ostenta,] fuisse sibi inimicè opposita. S. Leo epist. 39. & epist. 97. c. 1. eisdem, singulas partes geminæ contrariæque impietatis elegisse tradit.

Maiores Eutychetis.

Sicut tamen supra dixi, Nestorium quamvis de hæresi multiplicis in Christo personæ diffamissimum, non fuisse primum illius impietatis autorem; ita nolum ex ijs quæ de Eutychete nunc retuli, inferri ab aliquo quod primus Eutyches commentus sit errorem de unitate naturæ in Christo, per mutationem Verbi & hominis in tertiam naturam, vel alterutrum in alterum. Constat enim, longè ante Eutychetem, eum errorem fuisse ab Hypolito, iusto opusculo confutatum in Berone. Habetur ea lucubratio Hypolitij t. 3. bibl. Colon. Errorem de tertia natura, ex corruptibili nescio qua diuinitatis & humanitatis confusione, fuisse Ariarum proprium, docet Lyrin. c. 19. common. Idem error apud Iustinum l. de Trinit. *sub finem*, memoratur atque confoditur, quem librum Iustini germanum factum esse, agnoscit ante annos mille; Leon- tius in opere contra Nestorium & Eutychetem. Quamquam suspicionem auctoris Eutycheti æqualis, eodè posterius, ingerere posse videtur, quod hæretici qui ibi reselluntur, ut duas in Christo naturas olerent, dicantur inuexisse [mixturam, confusionem, & mutationem in Deitatem, ex corpore] & nunc in carnem conuersum Verbum asseruisse, hunc carnem in Verbi essentiam: Quæ aperte sapiunt Eutychetis verig. nem illasque crebras sententiæ mutationes per Eutychetem, quas liberatus c. 11. Beruiarij, aliique commemorant. Perspicuum verò est, Eutycheti præuissse Apollinarium, ut disertè tradit liber Gestorum de nomine Aca- cij, ævo Eutychetis conscriptus, ubi hæc præter cetera, [Contra Nestorium Eutyches, post annos non plurimos æstimans disputandum, rectum tramitem tenere nesciens, offendit; & in Apollinaris est captus insaniam, in hæc verba prorumpens quibus assereret, Christum verum hominem non fuisse, nec in eo duas naturas esse credendas, sed vnā tantummodo Dei Verbi, veritatem incarnatam: quam quidem non esse hominis perhibuit, sed humanam, ut similitudo magis humani corporis, quam ipsa veritas suaderetur.] Similiter, renouatæ Apollinarij impietatis, Eutychetem insinuat Facundus l. 2. pro tribus capitulis *sepe in fine*, & S. Leo frequenter, ac apud eum Flavianus, binis ad ipsum S. Leonem literis. Præterea Eulogius apud Photium Cod. 230. inter alios maiores Eutychetis, numerat Apollinarium, consensitque Anastasius c. 6. *id est* 172 *in fine*: videtur que perspicuum, ex eo quod duo capita errorum quæ in Eutychete distinguunt Anastasius ibidem c. 5. & Ferrandus *sub finem* epistolæ ad Anatolium; nempe quod carnem Christi è syderibus pete-

ret, & mixtionem ac confusionem duarum Christi naturarum induceret, sunt perspicuè placita & pollinarij. Quamquam varietas nonnulla, Apollinarium inter ac Eutychetem notari posse videtur, quatenus tamen in confusionem naturarum Christi consentiebant, vnde Apollinaristæ æquæ ac Eutychiani, *Synusia* sunt appellati; tamen alia ratione eam confusionem inuexit Apollinaris, alia Eutyches. Nam ut scribit S. Leo sem. 8. de Natiu. Dom. c. 4. *sub finem*, & Vincentius Lyrinenfis c. 17. common. Apollinaris, solam diuini Verbi partem, in carnem fuisse conuersam reliquo Verbo superstite blaterabat; in quo etiam ab Apollinaristis tandem desertus est, ut notat S. August. q. 80. ex 83. At Eutyches, Verbum aiebat in carnem plenè conuersum. Quamquam postea de illa Deitatis mutatione corruptiua erubescens, asseruit carnem fuisse conuersam in diuinitatem: quæ causa est cur ab Eulogio apud Photium Cod. 230, & ab Anastasio c. 6. *id est* 172, insimuletur erroris Valentini, dicaturque carnem Christi reuocasse ad phantasiam, solamque figuram, ut habet etiam Hormisdas epist. 5. quæ est ad Anastasium Imperatorem. Eamque etiam ob causam, Eutyches diuinitatem passam aiebat, & mortuam, & vnica planè in Christo prædicabat naturam. Hic ipse error, cum magna detestatione memoratur apud S. Ambrosium l. de Incar. Dom. Sacram. c. 6. & apud S. Cyrillum l. de recta fide ad Theodosium, qui fuisse Eutychete anteriores. Adderem Augustinum l. de hæres. num. 89. & 90. ubi hunc Eutychetis errorem memorat, & tribuit Eutycheti, æquæ ac ex nomine Nestorij profert errorem de multiplici personâ Christi. Sed existimo id esse assumentum ad Augustinum, qui ante damnatum Ephesi Nestorium obiit: atque adeo longè ante Eutychetem, qui non nisi decennio post damnatum Nestorium, se prodidit hæreticum.

Sectatores Eutychetis.

116. De huius erroris derinatione ab Eutychete [ad Dioscorum, Timotheum, Seuerum, Galanum, Iulianum, Iacobum, Petrum Cnaphaum, Basilianum, Theodosium, decem cornibus instructum decemuiratum erroris] plenè Anastasius c. 6. *id est* 172. Hi inquam varias sectas penes alia nonnulla sunt scilicet; tamen in vnus Christi naturæ asseritionem, & vel verbi in carnem, vel carnis in Verbum detestandam mutationem consenserunt, & ab vna natura ex duabus sic commixtis, Monophysitæ sunt dicti. Eorum nonnullis, conuersionem Verbi in carnem celestem placuisse, testatur Vigilus l. 3. contra Eutychen *in fine*. Plerique tamen, amplexi potius sunt conuersionem carnis in in Verbum. Vnde ut solam diuinitatem, absque animæ & carnis concretionem in Christo esse docerent, vinum absque aqua in mysterijs offerebant, ut testatur Anastasius c. 1. *id est* 172. Et c. 14. ait, eos tradidisse [carnem Christi Deificatam, esse & in diuinam naturam conuersam, & ut aceti guttam in diuinitatis pelagus transmutatam] Rursusque inferius ex eorum mente ait, [carnem præstantioris victoriæ Deificatam, & diuinitatis pelago assimilatam esse & talem factam, quale est Verbum quod carnem Deificauit.] Distinctio quæ inter hos Eutychetis sectatores enata est, videtur obseruata digna. Ait ergo Facundus l. 1. pro tribus capitulis c. 5. Eutychetis posteros bifariam esse diuisos. Et alios quidem omnino adhæsisse Eutycheti: & dictos esse *Eutychianos*. Alios verò ex parte abiicisse Eutychen, qui eorū caput fuerat, indeque dictos *Acephalos*. Iuxta Facundum, *Semi-Eutychiani* sunt dicendi. Horū dogma fuit, vnā illam Christi naturam quam agnoscebant, esse secundum aliquid consubstantiali naturæ æterni Patris; secundum aliquid verò esse consubstantiali naturæ nostræ. Non me latet, variam esse apud varios

videt nominis Acephalorum notationem, pro varietate causarum, quibus illam denominationem petierunt. Idque mirum videri non debet, cum apud nos, de nomine Hognotorum quo Calviniana harena, de nomine Hogonorum quo circumfessum donatur, tam varie ac discrepantes circumfessum notationes & causae, ut apud Florimundum Remondum in Opere de Antichristo cap. 3. videre est.

Secreti ab eis quidam Catholici.

Porro non omnes qui vnam in Christo naturam sunt professi, debent Eutychianis, & damnatis Monophysitis, vel Synsialitis accedere. Plerique enim Orientalium olim atque Graecorum, vnam tantum profitentem Christi naturam, aliud non intenderunt, quam excludere personarum dualitatem: quia nomen naturae usurpant pro persona, quo pacto certum est vnicam esse in Christo naturam. Ita discretissime ex Tyrio l. 15. Catholici Armeniorum, (sic vocabatur ex Tyrio l. 15. bellum facti, summus eorum Antistes,) apud Theorianum, in legatione ad eum directam. Labitur enim Barrois, qui anno 1170. & 1197. eam legationem censebat directam ad Principem Armeniorum, quem vult appellatum Generalem, ad quem interpretes Latini directam Theorianum Legatum posuit, male expressa Graeca voce, quam nos genuine ex Tyrio expressimus, & in Antistitem, non in temporalem Principem eadem diximus. Sed hoc obiter. Plerique item Patres, absque errore Eutychiano, vnam Christi naturam sunt professi, nempe incarnatam & humanatam, quae vere fuit vnica. Qua ratione Basilii Seleucia in Synodo Constantinopolitana, inserta primae actioni Concilii Chalcedonensis, testatur se laborantem in reducendo ad sanam mentem Eutychete, & conciliando cum S. Flavianis, qui ei ob assertionem vnius Christi naturae infensum erat, sic assertum esse Eutychetem. [Scio quia conuersus sum, & dicens in mente mea, qualem scit Christus, quippe & Dominum Archiepiscopum placans, & ipsam Archimandritam trahens sensum, ut consentiret nobis, dixit: Si autem dixeris vnam naturam, Dei Verbi incarnatam & humanatam, eadem dico nobis, & Patribus. Manifestum est enim, quod aliud quidem est quiddam Deitas, quae ex Patre est: aliud vero quiddam caro, quae ex matre est, qua se incarnauit.] Prima illa verba quibus Basilii mentem suam in quibusdam verbis enucleat, spectant ad ea quae ibidem superius adducuntur de approbata ab hoc Praefate & ex S. Athanasio firmata vnitatem naturae in Christo, id accipiendo de vna natura Dei Verbi incarnatae, hoc est carni & humanitati adiuncta, in Verbi diuini persona. Hoc ergo sensu vna Christi natura Catholice à Patribus proposita est, in sensu longe alio quam ab Eutychete. De loco S. Cyrilli vnam naturam incarnatam asserentis, dicendum infra diligenter.

Hæresis Eutychetis.

117. Errorum Eutychetis quomodoque accipiam, & siue conuersionem alterutrius naturae in alteram, siue vtriusque transiitum in tertiam proficeretur, duas in Christo naturas post peractum hoc mysterium negans, continuerunt varia Concilia, sed praesertim Chalcedonense, Episcoporum 630. ad id conuocatorum. Eundem confoderunt varij Patres, praesertim S. Leo, cum aliis plerisque epistolis, tum mirabili illa ad Flavianum, quam Concilium Chalcedonense summo perit celebrat, actio. 4. Gelasius autem cap. 5. *Romana*, sub anathemate praecipit recipi vsque ad vnum iohannis. Confertur quoque S. Gregorius l. 7. epist. 53. fidem S. Leonis, (vtrique in ea epistola consignatam) vtrique terrarum retineri. Graeci, quia est paulo fusior, vocant *Tomon S. Leonis*, à sinceritate autem antiquae doctrinae, appellant *columnam fidei*. Difficile sit exponere quantis vbiq; laudibus S. Leo, ob hanc praesertim epistolam, & diligentem in Nestorio ac Eutychete profligandis constantiam celebratus sit à Catholicis, quantis vero probis ac maledictis oneratus sit ab haereticis, nominatimque à Severianis apud Photium Cod. 225. Quae in Sanctum virum proba, hodieque intorquentur in Abassia & Aegypto, a male feriatis Eutychetis propaginibus monasticis, per oras illas diffusis. Praeter S. Leonem, strenuè aduersum Eutychetem eiusque posteros pugnarunt Boetius & Gelasius in operibus de duabus naturis, ac Vigilii libris quinque contra Eutychen. Litem tamen de Vigilij ac Gelasij gradu, & auro, quod ad causam praesentem non referat, sciens dimitto. Theorianus quoque libro de sua ad Armenos legatione, strenuè contra Eutychetem agit, nec non Anastasius Sinaita in l. 17. & Damascenus ac Rusticus in operibus contra Acephalos, & Abucara opus. 2. & 4. ac etiam Leonius Byzantinus varij Opusculis quae extant t. 6. Bibl. Colon. insigniter in paucis dimicauit in hac arena Theodoretus, tribus dialogis, *inconfuso, imparibili, inmutabili*. Est & insignis ex eo opus libellis 27. distinctum, cuius summam exhibet Photius Cod. 46. Ex quo intelligimus, libellos contra Monophysitas, vix ex culos Graecae ac Latinae inter Athanasij opera, vere esse Theodoretis, saltem magnam partem. Nam octauus & reliqui ad quartum vsque supra vigesimum, conscienties volumine secundum, (ut Photius tradit, colligunturque ex primo & ultimo libellorum praedictorum,) sunt illi ipsi qui recens editi sunt nomine Athanasij, tribuuntur autem Theodoro à Photio; cui verisimile est germanum libellorum illorum parentem fuisse bene perspectum. Et cum ceteri qui ibidem habentur libelli, eiusdem sint generis, videntur omnes eiusdem esse partus ingenij. De scriptoribus variorum contra Eutychem, eiusque stirpem, quarum summas ac plerumque vix aliquid ultra titulos habet Photius, vix attinet dicere: cum dolendum potius videatur, tot insignium auctorum Eulogij, Ephraemij, Eusebij, Theodori Monachi, aliorumque à quibus apud Photium plagulas habemus, istos labores intercidisse. Breuiter, sed eximie contra Eutychetem eiusque partiaros disputant S. Eutychianus, agens cum legatis impij Theodosij Pseudomonachi sedis Hierosolymitanae occupatoris, & demeritatam ab eo Eudociam Angustam reducens ad fidei sanitatem, enerfa [hac (ut vocat), impia & prodigiosa Syriaci.] Nouos Eutychianismi mangones, impugnauerunt diligenter Canisius lib. 3. Marial. c. 20. & Belatminus l. 3. de Christo cap. 3. & 4. Actum à praedictis omnibus contra Eutychem & Eutychianos, quae scripturis, quae rationibus.

Eutyches ex Scripturis reiectus.

118. Scripturas propè innumeras contra Eutychem fortiter virget Vigilius. Ego vnum illum celeberrimum locum ex cap. 1. Iohannis, quo Verbum dicitur caro factum & in nobis habitasse, ex S. Cyrilli expensione pro hoc fidei dogmate ante Eutychetem adhibita, sufficere in rem praesentem censeo. Ita habet S. Cyrillus l. 1. pentabib. *sub initium*. [Verbum *carnem* dixit, ut verè illius vnionis, quae nimirum secundum Hypostasim considerat, vim declararet. In eo autem quod illum in nobis habitasse dicit, non sinit intelligere, Verbum illud secundum naturam ex Deo editum, in terrenam fuisse mutatum. Putasset enim, ut opinor, quispiam qui non admodum calleret quidnam sit illa diuina & ultra rem omnem creatam sita natura, eam fortasse mutationis etiam esse capacem, propriorumque bonorum quae sibi per eam sentiantur sunt insita, negligentem, in aliud quidpiam diuerium ab

eo quod est quodammodo degenerare : & alterationibus ac mutationibus ex improviso subditam ad creaturæ mensuras redigi. Id verò nefas esse prius ; (fixa namque est Dei natura, & in quibus est, permanet inconcussa ;) testatus est cum dixit : *Habitauit in nobis Verbum nimirum, etiam caro factum.* Quibus in verbis, & dispensationis sapientiam prudenter exposuit, & vigilantissime cauit, ne quis ipsius Verbi naturam calumnietur, tanquam ex mutatione & conuersione, caro sic factum.]

Idem ratione multiplici, confessus.

Rationes contra Eutychetem, variæ à variis sunt propositæ ; sed illa est ineluctabilis, quod ex toto noui instrumenti corpore manifestissime habeatur, Christum fuisse verum Deum & verum hominem. Quod constare item potest ex variis Christi operibus, ut bene argumentatur Theodoretus libello apud Athanasium 6. Nam pleraque miracula quæ Christus edebat, addita contestatione quod fierent in suæ diuinitatis confirmationem, erant argumentum idoneum diuinitatis, ut supra tractatum est sect. 1. c. 2. Elorite verò, scire, tristi, aliæque huiusmodi incommoda perferre, humanitatis est non diuinitatis, quam constat esse impassibilem, ut latissime prosequitur S. Fulgentius toto lib. 3. ad Trasim. Cum ergo in Christo, etiam post aduinationem, & peractum Incarnationis mysterium, duplex illud operationum genus cernatur, certum esse debet, illum non ex duobus tantum, quod Eutyches admittebat, sed etiam quod negabat, in duabus naturis subsistere. Meritoque proinde S. Fulgentius l. 1. ad Trasim. c. 7. Stomachatur aduersus piaculum [quo confusions admittunt recessitæ caponorum : Nam in unitate personæ, in qua Deus, & homo vnus Christus, inconfusibilem atque inseparabilem vniuersæ veritatem naturæ commensans, verum se Deum diuinis operibus, verumque hominem, humanis passionibus demonstrauit, impassibile habens per quod homo creatus est sanus, passibile suscipiens, per quod sanaretur infirmus. Sic illi nescio qua deceptione falluntur, ut quicquid Dominus veram formæ feminis susceptionem monstrans, humiliter gessit aut dixit, totum ad contumeliam diuinitatis detruere non metuant ; quam passioni mutabilitatis subiiciunt, dum veritatem naturæ veritatem tam dictorum quam operum manifestatione clarissima resplendentem, nulla consideratione distinguunt ; non attendentes, ubi demonstratur infirmitas, ab iniuncta & impassibili virtute suscepta, ubi per infirmitatem resplendeant iniunctæ virtutis insignia ; atque ita diuini mysterij frustrare conantur effectum ; quia reuera homo saluari non potuit, si vel susceptor hominis, naturaliter verus Deus non fuit, vel in veri Dei susceptione aliquid hominis defuit.]

119. Accedit argumentum quod in hunc modum proponit Abucara Opusc. 4. *Non multum ab initio.* [Si (Christus) non habeat nisi vnā naturam, sequetur ut dicendum sit, hanc vnā naturam vel esse diuinam puram ; vel humanam puram, vel diuinam & humanam simul ; vel neque diuinam nec humanam. Si ergo est hæc vna natura potest diuina, Christus igitur Deus est, & non homo. Sin verò est pure humana, Christus igitur est homo ; & non Deus. Si autem est hæc vna natura, diuina simul & humana ; ergo neque Patris neque Spiritus sancti, nec hominū natura est, & ex utraque parte crimen blasphemie inferretur sic sentienti, & à sana natura excedet : sin autem est hæc vna natura, neque diuina neque humana ; Igitur Christus neque Deus, neque homo est. Quare quocumque Sermonem circumuertamus, eò adducimur, ut dicamus, Christum esse vnā Hypostasim Sanctæ Trinitatis, naturas duas habentem, diuinam scilicet & humanam.] Similiter

Opusc. 2. virget Monophysitam, quemodò eam vnā quam admittebat Christi naturam, vocari veller. [Si enim hanc appeller Deum, negabit humanitatem ; Sin autem hanc appeller hominem, tollet Trinitatem. Sin verò hanc neque Deum neque hominem nominet, Christum igitur statuet, neque Deum esse, neque hominem ; incidetque in dedecus, & maximum crimen, & interitum. Quod enim nomen miser inuenire poterit, inani, & tardæ naturæ accommodatum ? Non enim nomen *scindaphu*, aut *tragelapsu*, aut aliud huiusmodi.]

Validissimum præterea est Damasceni argumentum orat. de duabus Christi voluntatibus in hæc verba conceptum. [Perfectus quidem Deus Christus est, perfectus etiam homo, & certè post naturarum coniunctionem & vniōnem, tum in diuinitate perfectus, tum in humanitate. Diuinitas autem & humanitas, suntne vna natura, an duæ ? Duæ sunt reuera. Alia est enim diuinitatis natura, alia humanitatis. Ergo duæ sunt in Christo naturæ, & Christus in duabus naturis cernitur : siquidem Deus est perfectus, & homo perfectus. Rursus Christum ne ex duabus omnino naturis constare profiteamur ? Proculus. Cur ex duabus ? Quia ex diuinitate constat & humanitate. Quid enim diuinitatis & humanitatis verba declarant ? Duasne naturas indicant ? Proculus. Neque enim vna est diuinitatis humanitatisque natura. Deinde Christum ne in diuinitate & humanitate post naturarum coniunctionem consistere concedemus ? Certè, si ergo post, (ut ita dicam,) vniōnem, in diuinitate eum & in humanitate consistere profiteamur ; diuinitas autem & humanitas, non vna natura sunt, sed duæ ; perfectò in duabus eum naturis consistere concedimus. Rursus si habet Christus Patris naturam, etiam post coniunctionem, perfectam & eiusmodi, cui nihil desit, immutabilem, & confusions omnis expertem ; Dei & Patris natura, & sanctæ Virginis, suntne vna an duæ ? Proculus duæ : Sunt igitur duæ in Christo naturæ post coniunctionem. Neque enim in Christo ante vniōnem duæ erant naturæ, sed vna Patris. At fieri non potest, ut vna eademque natura, creata sit, & non creata, principium habuerit, & non habuerit ; patiatur, & non patiatur. Si enim habuit principium, non caret principio ; & si increata est, non fuit creata. Ita Christus non vna natura est, sed vna persona duabus prædita naturis : quarum vna est increata ; creata altera : vna sine principio, altera principium habuit. Id verò si ex naturis diuersis natura constat, neutra earum eiusdem est essentie. Simplex enim suam tantum & simplicem habet definitionem ; ea autem quæ cōcreta est, aliam eamque concretam & copulatam, fieri autem non potest, ut ea quæ alia atque alia definitione continentur, eiusdem sint essentie. Si ergo vna est natura Christus, quo tandem pacto eiusdem erit naturæ, cuius & Pater & mater est ? Ille enim Deus est ; Hæc homo ; Dei autem & hominis non est vna natura : quandoquidem non vna est diuinitatis humanitatisque definitio. Est enim Deus creator, illa autem creatura. Præterea cum vna eademque natura, eiusdem essentie cuius sunt diuersæ essentie & naturæ non dicatur ; nec vnus personæ natura, eiusdem essentie esse dicatur, cuius sunt personæ diuersæ essentie ; si vna esset natura Christus post coniunctionem, quo tandem pacto eiusdem erit essentie cuius Pater & mater, quorum est essentia diuersa ?]

120. Ratio petita ex immutabilitate Dei quam stupidissime conuellebat Eutyches, robustè à Tertulliano contra Praxeam vibrata est, libro aduersus eum cap. 27. Inquit partem adscribere, quia fortius, & vegetius quippiam respondeo. [Quærendum inquit] quomodo sermo caro sic factus, verumne quasi transfiguratus in carne, an indutus carnem ? Imò indutus. Ceterum Deum immutabilem & informabilem credi necesse

necesse est, ut æternum. Transfiguratio autem interem-
ptio est prout. Omne enim quodcumque transfigu-
ratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit ef-
ferre quod non erat, Deus autem neque definit esse, ne-
que aliud potest esse. Sermo autem Deus; & sermo
quoque aliud potest esse, perseverando scilicet in sua
formam. Quem si non capit configuratur, consequens est,
ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne. & ma-
gis caro factus videtur, & contrahitur per carnem:
quæ & cetera sic accipi exigunt. Si enim sermo ex
transfiguratione & demutatione substantiæ caro fa-
ctus est, una iam erat substantia Iesus ex duabus, ex
carne & spiritu mixtura quadam, ut electum ex auto
matæ & argenteo, id est, caro, dum alterum altero mu-
tatur, & tertium quid efficiatur, neque ergo Deus erit,
neque Sermo enim desit esse, qui caro factus est. Ne-
que homo, caro. Caro enim non propriè est, quia ser-
mo fuit, ita ex utroque neutrum est; aliud longè ter-
ram est, quam utrumque. Sed enim invenimus illum
directum, & Deum & hominem expositum: ipso hoc
Psalmi suggerente: *Quoniam Deus homo natus est in
Bethleem, ex voluntate Patris.* Certe usquequaque
ad illam Dei & filium hominis, cum Deum & homi-
nem, sine dubio secundum utramque substantiam in
sua proprietate distantem: quia neque Sermo aliud
quam Deus, neque caro aliud quam homo. Sic & po-
tissimum de utraque eius substantia docet: *Qui factus est,
inquit, ex semine David.* Hic erit homo & Filius ho-
minis: qui definitus est filius Dei secundum Spiritum,
hic erit Deus, & Sermo Dei filius. Videmus duplicem
illam, non confusum, sed coniunctum in vno perso-
nam, Deum & hominem Iesum. De Christo autem dis-
serto. Et adeo saluta est utriusque proprietatis substantia,
ut Spiritus res suas egerit in illo: id est virtutes &
opera & signa; & caro passiones suas functa sit; esu-
riens sub Diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum,
vixit usque ad mortem; denique & mortua est. Quod
si verum quid esset ex utroque confusum ut electum,
non tam distincta documenta paterent utriusque sub-
stantiæ. Sed & spiritus carnalis, & caro spiritalis egre-
ssus, ex translatione, ut neque carnalis, neque spirita-
lis, sed tertie alicuius formæ confusio: Imò aut
Sermo mortuus esset, aut caro mortua non esset, si
Sermo confusus esset in carnem: aut caro enim im-
mortalis fuisset, aut sermo mortalis. Sed quia substan-
tiæ ambæ in statu suo quæque distinctæ agebant, ideo
illa & opera & exitus sui occurrerunt. Disce igitur
cum Nicodemo, quia quod in carnem natus est, caro est:
et quod de Spiritu, Spiritus est. Neque caro Spiritus sit,
neque Spiritus caro. In vno planè esse possunt. Ex his
Iesus constituit, ex carne homo, ex Spiritu Deus; quem
tunc Angelus ex ea parte qua Spiritus erat. Dei filium
proclamavit; servans carni filium hominis dici. Sic
& Apostolus etiam Dei & hominum appellans seque-
ntem, utriusque substantiæ confirmavit.]

Obliget has rationes, argumentatio Theodoret
Opusc. 14. ex 17. contra Monophysitas D. Athanasio
adscriptis. [Omni hominibus spes & fiducia ex Ver-
bi cum primitiis nostris unione resultat. Qui verò
Verbum dicunt in carnem esse mutatum, illi & glo-
rificationem generis nostri, ad nihilum, redegerunt, &
preclaras nostras spes debilitarunt. Non amplius glo-
rabitur Abraham; non amplius exultabit David:
promissa quæ ad illum facta, mendacia erunt, in quem
Christus secundum carnem, de fructu ventris eius non
exitit. At enim, Deus Sermo semetipsum carnem fa-
ciens, sua nos præsentia dignatus est. Quomodo igitur
non puderet eos contra Scripturam sanctam bellum
facere, hominibus invidere, Deum ut passibilem, blas-
phemare, promissiones eius mendacij arguere: Imò
non hoc tantum, sed & Deum ipsum, qui mentiri

nescit, perituri accusare? Iuravit inquit Dominus Da-
vidi veritatem, & non pernebat eum: De fructu ventris
eius, sessurum super ipsius throno.] Egregie quoque
ibidem Opusc. 15.

*Frivola rationum propositarum declinationes
per Eutychianos.*

121. Ex ipsdem libellis discere licet, quid ad ratio-
nes propositas responderent Monophysitæ. Tam in-
sulse sanè, aut potius stupide philosophabantur, ut re-
ferte propè pigeat. Nonnulli succumbentes argumen-
tis, nec tamen de pertinaciâ decedentes, aiebant hæc
non esse discutienda, sed cuique esse simpliciter in fide
sua quiescendum. Hi refelluntur ibi libello. 2. & 9. &
16. nec est adversus eam asinitatem, magno impetu
opus. Fides enim nostra, tametsi est supra rationem,
non tamen est contra eam, nec aliquid asserit ita; u-
gnans cum naturali lumine, ut conciliari cum eo ne-
queat, per declinationem & solutionem aliquam eo-
rum quæ ratio in contrarium suggerit. Alij aiebant
Deum in Deitate passum esse, sed sine passione, quod
Theodoretus libello. 7. faceret nescire se quomodo sit
confutandum. [Si enim (inquit) passus est, quomodo
impassibiliter? Si impassibiliter, quomodo passus est?
Loquimur sine voce? Intellegimus mente? Vidit-
ne quis labentem aliquem circa lapsum, excitatum
inexpertum, laborantem sine labore, sapientem
insipienter, loquentem inloquenter, solutum indissol-
ute? Ut dicamus, passus est impassibiliter? Quæ ista
est summa dementia? qui effrenatus furor? quæ cæcæ
mentis velania? De mysterio omnium maxime vene-
rando, ea loqui, quæ magnos risus excitent? Polliceri
rationi congrua, & à ratione alienissima proferre? Ita
respondere, ut videre non respondisse: interpretatio-
nem exhibere, re explicanda obscuriorem, & maioris
dubitationis matrem?]

Æquè absurde alij cum quibus Theodoretus libel-
8. configit, aiebant Deum esse passum in Deitate, quia
voluit. Quasi verò possit Deus velle efficaciter impos-
sibile, aut per voluntatem suam, recipere quod recipi
in ipso non potest. Erant qui dicerent, Deum passum
esse carnem, qui libello 10. arguuntur magnæ insultatis:
[qui cum ratione dissentit, quod alterum altero di-
cunt pati.] Sanè sicut caro non est impassibilis Verbo,
ita neque Verbum potest esse carne passibile. Christus
quidem ut mox ibidem addunt, rectè dicitur carne pas-
sus, quia caro est pars Christi. At humanitas non est
pars Verbi. Itaque Verbum non plus dici potest mori
carne, quam anima. Sed nimirum hi Verborum regu-
mentis larvatum proferbant, quod palam non aude-
bant efferre. Scripsit enim Quintianus Asculanus epi-
stola ad Petrum Fullonem, ad eum modum locutos
Eutychianorum nonnullos, & Verbum carne passum
profusos esse, subdole id intelligentes de Verbo in car-
nem mutato, atque ita passo. Videndus in ea epistola
Anathematismus secundus, & decimus quartus, qui-
bus percelluntur qui negantes Christum esse in carne
passum, quo pacto locutus est S. Petrus, aiebant tamen
Deum esse carne passum. Tandem alij qui libello 17.
refelluntur, & à Vigilio quoque lib. 1. contra Eutychetem
sub finem, exploduntur, ita duas in Christo natu-
ras per tempus vitæ & passionis admittiebant, ut tamen
post passionem & ascensionem, sublatum esse dicerent
discrimen illud naturarum. At hoc non minus impos-
sibile est, quam confusio naturarum per tempus vitæ
Christi. Quare rationes contra Eutychetem prolatae,
sunt usquequaque firmæ ac solidæ, nec possunt vanis
hæc subterfugijs declinari.

Eutychetis firmamenta ex ratione, quam nulla.

122. E contrario autem firmamenta Eutychetis erant planè ruinosa, imò nulla. Primum erat, quod naturam à persona non distingueret, secutus ut putabat Aristotelem: idque Eutychiani frequenter iactabant, ut Anastasius in *id. 170* sæpè refert. Sed contrarium ex ipsis quoque Philosophis infra monstrabo, euincens naturæ distinctionem à persona. Qua distinctione supposita, dico, etiam si est in Christo vnica persona, plures tamen & inconfusas in eo esse naturas, non ex quibus desinentibus Christus coaluerit, sed in quibus inconfusè & impermixtum perseverantibus subsistat. Inde verò facile declinantur opprobria quæ Deitati per Catholicos inferri criminabantur Eutychiani; inferentes, iuxta Catholicos Deitatem admitti debere inclusam intra mulieris viscera, & natam, lassatam, passam, ac mortuam. Hoc propudium calumniæ est. Nos enim nihil tale tribuimus Deitati, sed tantum Deo prout subsistenti in humana natura. Aprè ac verè ea criminatio, in Theopaschitas Eutychetis propaginem cadit. Hos enim constat admisisse Verbum in ipsa Deitate subsisse perfectiones; quam in rem multos Patres proferebant, ut S. Ignatium, Iulium Papam, Melitonem, Nazianzenum, Cyrillum, eo quod dicant Deum esse crucifixum, & passum, ac suo sanguine mundum sanctificasse. Nixi his præditiis Theopaschitæ, ausi sunt Trisagium embolum illud apponere, *Sanctus Deus qui passus es pro nobis miserere nobis*, ut ipsam Deitatem, passam esse significarent. At nihil tale Sanctis illis Patribus in mentem venisse quale illis asfingebant hi hereticis, latè prosequitur Anastasius c. 12. *id. 170*, monstrans SS. illos Patres, Deum crucifixum & passum, intellexisse in carne & humanitate. Nā in Deitate, non modò blasphemum, sed planè insanum est, dicere Verbum vel Christum esse passum aut mortuū, cum id quod ad mortem attinet, ne de Angelis quidem dici possit, ut soluto fœco quo Severianos deluserat, argumentatum Alamundarum Saracenorum Principem confictis literis quibus mors Archangeli Michaelis nunciabatur, scribit Theodoretus lector lib. 2. collectaneorum. [Deus Verbum (inquit Eusebius Orat. de laud. Constant. *sub finem*), licet diuinam facultatem & vim mortali corpori impertijt, ipse tamen ex eo participando nihil contra accepit. Nam neque cum corpus, quod assumpsit, editum esset quicquam contraxit labis: neque rursus cum quod mortale erat, esset adèd directum, quicquam essentia sua (erat enim non patibilis) perpeffus est: quandoquidem neque lyra fortè fortuna percussa, si chordæ, quæ fragiles sunt, rumpantur, eum qui illam pulsarit, quicquam pati probabile est: neque cum sapientis alicuius corpus cruciatum subit, sapientiam quæ in ipso est, aut animum qui in corpore habitat, vel secari vel vri quicquam profectò dixerit: eodem modo de virtute ac potentia sermonis Dei, dici consentaneum est, imò verò multo magis certè, quod ex corporis affectionibus nihil planè damni cepit. Neque enim, (exempli gratia,) lucis quæ apud nos est, splendescens radios, cum de cælo in terram demissi sunt, & latum, cænum ac sordens cuiusque generis contingant, vlla labe infici accidit. Nam tamen si nihil prohibet, quominus has res locis splendore illustrari verè dicamus; tamen lucem ipsam vicissim ab illis contaminari, aut Solem ex corporum admitione maculam vllam contrahere, non dicimus. Et tamen si in his rebus illud eneniret, non videretur à natura alienum. Verum quancumque rem Seruator & Dei sermo, qui corpore vacat, qui ipsa vita est, qui ipsa lux est sola mente percepta, sua diuina potentia, quæ est corporis expert, attigerit; eam viuere & in luce illa quæ est rationis particeps, ætatem

degere necesse est. Itaque quodcumque ab incorporei Dei sermone tactum sit, illud ipsum sanctimoniam lucèque completur, atque adèd omni morbo, agrotatione & perturbatione, penitus liberatur. Rursus ea quæ priuancia dicuntur, eius diuina vi itidem complentur.]

123. Ecclesia Catholica, ut ab eo monstro errore Theopaschitarum longius recederet, propositionem illam Eutychianam. [Vnus de Trinitate passus est,] aliquando reiecit tanquam insolitam, & ab Eutychetis officina profectam. Ferrandus epistola ad Anatolium *sub finem*, testatur eam ab Eutychetis Apocripho prolata. Petrum Fullonem cognomento Cnapharum, hominem Eutychianum, quod eo additamento in sensu Eutychiano Trisagium onerasset, sic affatur Felix. III. epistola 1. ad ipsum Fullonem. [Tu in Ecclesia ausus es dicere, quod vnus increatus atque indiuiduus Trinitatis, passionem subiit: & per hoc consubstantialiam quoque soluere niteris, ac Deum subijcere numero. Si enim vnus sanctæ Trinitatis & coæternus, qui crucifixus est Deus, hoc est Filius: sunt autem duo sanctæ Trinitatis, Pater & Spiritus sanctus: dicuntur autem Dii, & non (ut habet vera ratio) Deus (sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt Verbi) inuenientes quoque consubstantialiam soluere: quippe mortale & immortale, consubstantialia iam esse non possunt: roborabitur autem sic pluralitas Deorum, dum tres Dii Christianis auribus ingeruntur.] Disertissime item epistola ad Zenonem Imperatorem idem Felix Pontifex, docet, iuxta Cnapharum, vnum de Trinitate passum esse in substantia Deitatis. Ut ergo venenum admistum non noceret, & omnis de innecta in Deitatem passione suspicio tolleretur, legati Hormisdæ Papæ, propositionem prædictam reiecerunt, ut videre est apud Baronium anno 519. Aduersus eam quoque conclamauit Acacius Constantinopolitanus epistola ad Petrum Fullonem, & alij eiusdem Fullonis exagitatores, quorum scripta in ea causa Ioannes Zonaras Monachus in sua collectione repræsentat. Vacasset tamen errore ea propositio, [Vnus de Trinitate passus est,] si de Filio in carne passio, fuisset intellecta: si cui eam intellexit & admisit S. Chrysostomus in Liturgia, in oratione antiphonæ tertie, Ferrandus epistola ad Anatoliū Ioannes Papa apud Baron. anno 514. & latè Facundus Hermianensis l. 1. pro tribus capitulis cap. 3. Leges Baron. t. 7. an. 519. & 520.

Varia eiusdem firmamenta ab auctoritate.

124. Præter firmamenta ex ratione de quibus hætenus, constat, Eutychetem & Eutychianos multorum Patrum testimonia pro se corradere solitos. Quam enim mixturam, & commutationem, aut transformationem naturarum in Christo, transitumque in vnā naturam, profitentur Eutyches & Eutychiani, tradidisse similiter videntur multi Patres. v.g. Verbum carni mixtum fuisse in hoc mysterio, conceptis verbis tradit Tertullianus l. de carne Christi c. 15. Novatianus l. de Trinit. c. 11. S. Cyprianus l. de Idol. vanit. num. 71. Zeno Veronensis serm. 2. de Matin. Dom. S. Irenæus l. 3. c. 21. vbi plura ex eodem & ex aliis Fenardentius n. 5. Plenè Nyssenus in orat. catechet. c. 25. & 27. Eucherius homil. in illud, *arundinem quassauit non confringeret*, S. Leo serm. 3. de Natiu. Chrylogos sermone 5. initio Augustinus sæpè epist. 3. Commutatam Deum in hominem, dixit Eucherius homil. 3. de Pasch. & serm. in illud, *ecce quā bonum*. Transformationem hominis in Deum factam in Christo, asseruit S. Maximus homil. 4. de Natiu. qui ibidem homil. 1. transitum hominis in Deum in hoc mysterio factum dicit: sicut è contra Paschasius lib. 2. de Spiritu sancto cap. 4. Verbum, ait, in carnem transiisse, & Deum hominis habitum induisse. His ac similibus loquendi modis contineri

visti sunt tradere. Vnde cum D. Augustino l. de agone Christi c. 10. concludendum est. [Hanc ergo imbecillitatem nostram suscipere dignatus est Filius Dei, & Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: non quia aeternitas illa mutata est, sed quia mutabile creaturam mutabilibus hominum oculis ostendit, quam incommutabili maiestate suscepit.]

127. Qua porro cum seipso pugna Tertullianum liberauimus, illam intra eiusdem exempli, & vnus, ac alterius periodi ambitum, videri posset secum pugnare Gregorius Nissenus l. de vita Moysis, in allegorica tractatione manus Moysis è sinu educa: leprosa, & ad eum reduta absque macula quod esse huius mysteriorum symbolum docet, approbatq; S. Cyrillus l. 2. de Ador. & l. 2. de Incar. Vnig. c. 15. [Eti natura diuina (inquit ibi Nyssenus), nullo pacto mutari queat, in eo tamè quod ad assumendum hominem descendit, imbecillitatemque nostram verè suscepit, commutata dicitur: sicut Moysi manus è sinu educa: visa est commutata, rursumque in sinum reduta; in naturam suam reduta est; simili quoque modo vnigenitus Dei filius, cum in sinu Patris est, dextera excelsi est: cum verò è sinu Patris ad nos visitandos descendit, secundum nos factus, quamuis immutabilis sit ipse natura, commutatus tamen dicitur. At verò postquam morbos nostros sanauit, naturamque nostram in sinum suum reduxit (sinus autem Filij Pater est), tunc ipse non mutatus: quippe qui impassibilis, atque incommutabilis est, mortalem hanc, & corruptibilem naturam immortalem, atque immutabilem conuerit.] Habes hæc quoque, immutabilem, & tamen commutatum Deum: ac inconuertibilem, & tamen conuertum. Nempe re ipsa quidem, & immutabilem, & propriè semper immutatum, quamuis vtrunque dicatur commutari ob assumptam humanitatem, etiam si id factum sit absque temeratione vlla diuinæ purissimæ actualitatis. Simile est, quod Faustus Rhegiensis dixit epist. 3. quæ est contra Nestorij errorem. [Accipe filium Dei in extrema parte seculorum ex innupta matre, natura ignorante, & fide maritante progenitum, superueniente in Virginem sancto Spiritu, hominem Deo mirabiliter impletum, & Deum in hominem misericorditer commutatum; nec exinanisse gloriæ magnitudinem, sed per susceptam serui conditionem, Domini ostendisse pietatem.] En Deum commutatum, nec tamen exinanitum: ostendentem pietatem, nullatenus autem de gradu suo deiectum.

Mens S. Cyrilli ponentis vnā in Christo naturam incarnatam.

128. Locus S. Cyrilli qui postea opponatur, incredibile est quantum creauerit negotij, cum aliis Catholicis, tum ipsimet S. Cyrillo suum illud dictum aduersus hæreticos illud perpetuò ingerentes explicare conantur. Et tamen mirum est, S. Cyrillum potuisse in hac re calumniam sustinere, cum nullus explicatius veritatem Catholicam in hoc puncto tradiderit, iudice Anastasio c. 10. l. 17. & extent apud ipsum S. Cyrillum loca innumera, quibus due in Christo nature post adunationem apertissime traduntur. Signarunt pleraque ex iis locis Anastasius c. illo 10. & Leontius in calce libri primi contra Nestorium, & Euthychetæ. Sunt tamè illa eius verba quæ obiecta fuere, non nihil ambigua, & variis Catholicorum interpretationibus, aptè ad purgandum S. Cyrillum exposita. Dimittenda tamen videtur responsio quam adhibuit Bellarminus l. 3. de Christo c. 4. existimans ea verba fuisse S. Cyrillo supposita. Hoc non admitto. Nam quamuis S. Cyrilli opera esse ab hæreticis adulcerata, constet ex Anastasio c. 10. l. 17. semel, & iterum; tamen indubitatum est, verba de quibus agimus esse S. Cyrilli, cū

& à S. Cyrillo agnoscantur vt sua, & ab omnibus Catholicis tractatoribus, Anastasio, Leontio, Ephraëmio, Damasceno, tanquam germana S. Cyrilli, absque vlla suspitione assumendi, sint habita. Et quamuis intrusa in S. Cyrillum essent, tamen semper essent exponenda Catholicis: cum Concilium Lateran. sub S. Martino 1. proponat ea verba, tanquam pertinentia ad fidem Catholicam. Supposito igitur quod ea verba sint S. Cyrilli, & in sensum Catholicum accipi possint ac debeant, Baronius ad Rom. Martyrol. 23. Ianua. litera 1. existimat, in illis verbis S. Cyrillum accepisse naturam personam. Est autem perspicuè verum, quod vna sit persona Verbi incarnata. Laudat Baronius pro hac S. Cyrilli expositione, Leontium, & Damascenum, apud quos tamen ea interpretatio non comparer. Sed laudare pro ea poterat Ephraëmium, referente Phorio Cod. 228. & 229. & S. Eulogium qui ibidem refertur Cod. 230. nec non Iustinianum in edicto fidei suæ, complura S. Cyrilli loca addensentem.

Commodior tamen videtur expositio alia, quam adhibent Leontius l. de Sectis, actione 8. Damascenus 2. fid. c. 11. Gelasius apud Fulgentium ad q. 7. Ferrandi, Petrus Diaconus l. de Incarn. c. 2. Anastasius c. 18. l. 17. in fine, & Maxentius initio professionis suæ fidei. Hi DD. existimant, S. Cyrillum per vnā naturam Verbi incarnatam intellexisse naturam diuinam quæ in sua Hypostasi Verbi sit carni coniuncta. Quæ ratione locus S. Cyrilli ab omni labe purgatur. Quid quod locus ipse purgat sese, cum in eo S. Cyrillus, & natura Verbi, & carnis meminerit; ac proinde duas perspicuè natus in Christo statuat? Notauit hoc ipsemet S. Cyrillus l. de S. Trinit. c. 19. locum ex eo descripsit Damascenus c. 11. [Si vnā (inquit) dicentes naturam Verbi, taceamus, non adiciemus incarnatam, sed quasi forissecus locantes dispensationem, fuerit forsitan illis non insusceptibilis sermo, simulantibus interogantes, vna natura totum, vbi perfectum in humanitate; aut quomodo in nostra substantia subsistit? Quia igitur & in humanitate perfectio, & nostra ac secundum nos substantia declaratio inducta est, per hoc quod dictum est *Incarnatam*, quiescant arundinea virga inniti.]

129. Posset & illa responsio adhiberi, intellexisse S. Cyrillum, post adunationem, esse vnā Christi naturam, hoc est vnū compositum substantiale, non accidentariū. Quæ responsio peti potest ex S. Cyrillo l. 2. pentabli, in præfatione, verbis illis. [Quomodo non sit omnibus certissimum, illum vnigenitum, cui Deus esset natura, esse hominem factum, non simplici coniunctione, vt ille asserit, extrinsecus excogitata, aut affectiua, sed vera vnione, ineffabili modo simul & inexcogitabili: ita & vnus simul & solus intelligatur, & omnia ei dicta conuenient, & omnia tanquam ab vna persona dicta censebuntur. Nam post vnionem vnā iam intelligitur natura illa ipsius Verbi incarnata, vt proculdubio in nobis ipsis etiam conuenienter intelligitur. Vnus namque homo planè est ex dissimilibus rebus ex anima inquam, & corpore compositus.]

Idem S. Cyrillus epist. ad Succellum in 2. commone, ad interrogationem secundam, cum obiectum fuisset, si vna sit natura Verbi incarnata, dicendum necessariò fore, & etiam fuisse confusionem, & permutationem naturarum, respondet in hunc modum. [Etiam si vnus dicatur à nobis vnigenitus filius Dei incarnatus & homo factus, non propterea permixtus est, vt illi putant, neque in naturam carnis transit Verbi natura, neque rursus natura carnis in Verbi naturam: sed cum vtrumque in sua proprietate naturali permaneat & consideretur, iuxta rationē à nobis paulò ante redditam ineffabiliter, & inexplicabiliter vnū, vnā nobis Filij natura ostendit, sed vt diximus, incarnatā. Non enim ipsum, vnū in his solis quæ secundū naturam

etiam simpliciter sunt, verè dicitur, sed in his etiam quæ sunt per compositionem coniuncta, cuiusmodi est homo, ex anima constans, & corpore. Nam eiusmodi res cum alterius sint speciei, & minime eiusdem inter se essentia, tamen quum vnita sunt, vnã hominis naturam abolunt; quamvis addit in compositionis ratione differentia, secundum naturam rerum ad vni- tatem concurrerit. Superuacue igitur ratiocinantur, eam concurrerit. Superuacue igitur ratiocinantur, eam concurrerit. Superuacue igitur ratiocinantur, eam concurrerit.

Affinitas aliorum Patrum loca similiter exposita.

110. Hæ glossæ verborum S. Cyrilli, a quæ commo- due possunt enodandis aliis duritulis quorundam Patrum loquendi modis. Sic enim Turrianus in notis ad secundam expositionem fidei per Gregorium Thaumaturgum n. 11. quod ibi à S. Gregorio dicitur, non esse in Christo duas naturas, exponit de duabus naturis in coniunctis, & per se existentibus, ac proinde non nisi accidentario nexis. Quæ item ratione S. Cy- rillum exposuit idem Turrianus in notis ad epistolam Dionysij Alexandrini contra Paulum Samosatenum n. 3. cum interpretatur quod ibi negat Dionysius, Christum esse naturã Deum, naturã hominem; nempe ita ut duæ eius naturæ sine physice inconiunctæ, nec nisi accidentario copulata. Quæ et item secunda nota expositio verborum S. Cyrilli. Similiter quoque exponi potest locus S. Athanasij, propè geminis loco adducto ex S. Cyrillo. Refertur eum Athanasij locum S. Eulogij apud Photium Cod. 23 o. m. i. v. Theoria- nus in legato ad Armen. Quamquam Leontius de Se- ctis actio. 8. in fine, cum Athanasij locum, putat con- trahi ab hæreticis. Ex Flauiano Constantinopolita- no, Marientius supra, locum proferit iisdem verbis conceptum quibus locus S. Cyrilli, ac proinde eodem modo utique exponendus est. Locus ex S. Leone, qui superius inter obiectum est adductus, vix eget hisce interpretationibus, cum verè non habeat vnã, esse Christi naturam, sed Christum esse vnã prolem. Ac- cedit quod non est inueniendum, eum locum fuisse adul- teratum. Nam Petrus Damiani eum locum S. Leonis allegans, epist. 1. c. 9. non legit, humanam, & diuinam naturam, sed naturam, ut habet vulgati codices S. Leonis, sed naturam in prole personam; nempe & in diuinitate subsistentem, atque ad eam personam diuinã, & subsistentem in humanitate, & carnis hominem, ac personam humanam, quamvis personalitas diuina esset. Ceteri Pontifices qui pro Eutychianismo ob- iebantur non egent interpretatione. Nam Iulij epi- stola quam Eutychiani iactabant, non erat Iulij, sed Apollinarij, fontis Eutychianismi, quam suppositio- nem notant Leontius I. de Sectis actio. 8. Vigilius qui rem allegabat, nullus in hac parte est momenti. Nam cum ea fauere qua pro se iactabant Eutychiani, erat Pseudo-Pontifex: ac ne tunc quidem aperte, & quasi ex cathedra usurpata docuit hæresim; sed clau- culum, ac per ambages. Vide Bellarminum lib. 4. de Pontif. c. 10.

Inanis itaque, imò blasphemia est, & cum omni detestatione explodenda enodatio enigmaris diuini- tis propositi, quam Eutyches, alique eius, aut ante- cessores, aut patrij tradiderunt. Et sicut Nestorius subiaceat detestationi qua feritur Cain, quia malè

diuisit; ita Eutyches eandem incurrit maledictionem, quia malè confundes pessimè obrulit, ut scitè dixit Vigilius. l. 3. contra Eutychem in fine.

CAPVT VI.

Enigmatis illegitima enodatio postrema, Lu- theranorum asserentium Verbum carnem fa- ctum esse, per formalem vniusque identitatem arcanam, quæ propriam realitatem non tollat.

131. Tentant quoque, enigma diuinitis propositi superioris seculi Sectarij, nec omnes vno modo. Pleri- que enim pro more hæreticorum, mangones egerunt priscorum errorum. V. G. Menno Anabaptistarum Si- gnifer, Eutychetis expositionem per omnia probauit. Adam, Pastoris admisit interpretationem Nestorij, ve latè refert Georgius Cassander in commentario de duabus naturis & vna persona Christi. Sed quod iam & Nestorium & Eutychetem tanquam peruersè, & indigne interpretatos repulerimus, non est quod de- nūd cum his nuperis illorum affectis ludamus ope- ram. Exeutienda igitur est interpretatio alia quam ad- hibuerunt Lutherani, ut latè referunt Bellarminus l. 3. de Christo c. 1. & qui cum eis cominus verbo, & scri- pto diu conflixit Gregorius de Valentia 3. p. d. 1. q. 2. p. 3. ac fufus in opere contra Vbiquitarios.

Commentum Lutheranorum, de formali Verbi, & carnis identitate.

His ergo & alijs Catholicis tractatoribus referenti- bus, accepimus ex Lutheri caula nonnullos, præsertim verò Schmidelinum Lutheri ipso auspice, eam tradi- disse rationem exponendi quomodo Verbum sit fa- ctum caro, seu homo, quod persona Verbi eiusque di- uinitas, cum diuinis attributis omnibus, & operatio- nibus sint in humanitatem transfusa. Ex quo intulerit Christum etiam quatenus hominem, esse diuinam per- sonam, ac Deum omnipotentem, infinitum, æternum, immensum, procreatorem, rectorem, & conseruator- tem vniuersi. Non enim censent harum propositionū, hic homo (demonstrato Christo.) est persona diuina, vel hic homo est omnipotens; sensum duntaxat esse, hac persona terminans istã humanitatẽ, est Deus & omnipotens; sed planè affirmant earum propositionum sensum esse, hic homo etiam secundum suam humanitatẽ, est Deus, & om- nipotens. Quam esse volunt illam formalitẽ vi vniõis factam exaltationem humanitatis Christi ad equalita- tem Dei: quam exaltationem sibi videntur in quibus- dam scripturis olfacere. Humanitatem quoque, cen- sent formaliter vi vniõis transfusam fuisse in diuini- tatem, sed dispari modo, quàm sint diuina in humani- tatem transfusa. Nam humanitas non perfecit Ver- bum, atque ad eam illi neque perfectionem vllam con- tulit, neque infirmitatem communicauit, ut à diuini- tate factum est ergo humanitatem, cui diuinitas se to- ram, omniaque attributa & bona sua immisit; non qui- dem essentialiter, aut subiectiue, quasi scilicet huma- nitas per suam essentiam sit diuinitas, vel diuina attri- buta; quod solius diuinitatis est proprium; aut quasi diuinitas, eiusque attributa, insint humanitati tanquã accidentia subiecto: Sed quod diuina Verbi personalita- tas, & natura, & proprietates, insint humanitati modo quodam singulari, & arcano, quem personalem, aut Hypostaticum appellant: eiusque arcani modi benefi- cio effici dicunt, ut humanitas Physicè quidem infirma maneat, & omnia sibi connaturalia retineat; habeat ta- men etiam diuina; nec ratione tantum suæ personæ sit æterna, omnipotens, omnisciens, & cetera huiusmodi, sed ipsamet per seipsam immediatè sit Deus, sit æter- na, omnipotens, omnisciens, sed nominatim omnipræ- sens, non essentialiter, sed communicatione ac dono:

E 4 Ita